



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XXXIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

sine licentia Papae alienari, quia semel factum alienabile semper durat alienabile. l. pater filium. §. quindecim. ff. de leg. 3. & quoad evidentem utilitatem debet inspicere tempus, quo facta fuit alienatio, ad not. in l. 2. C. de rescind. vend. cum similibus. & de ipsa constare dicitur ex relatione facta in instrumento, ut supra. Nec obstat, quod de mandato facto illis duobus, de quibus in instrumento, in dubio est ex longitudine temporis non praesumitur, Alex. in d. l. sciendum. & Felin. in d. c. sicut. quia respondetur illud esse verum in mandato procuratoris, qui aliena negotia alieno nomine gereret, sed bene ex diuturnitate temporis praesumitur commissio, & delegatio facta alicui, maxime quando de illa sit mentio enunciative, Felin. in d. c. sicut. col. 19. iunctis ijs, quae dicit in principio sequentis col. ex diuturnitate ergo triginta, & quadraginta annorum, quae in casu occurrenti interuenit, praesumetur licentiam episcopi, seu vicarii interuenisse, nec non commissio nem fuisse factam illis, de quibus in instrumento, & si militer de informatione, & cognitione causae iustae, & evidentis utilitatis, ac de processu, & de relatione ab eis facta, argumento eorum, quae habentur per Felin. in d. c. sicut in d. c. Albericus. & in d. c. qm contra. Et sic ex praedictis apparet alienationem in se valuisse, quia facta fuit ex causa iusta, videlicet ex causa utilitatis. de ut super. in fi. d. c. sine exceptione. & glo. in d. summa. item seruata forma, & solemnitate in alienatione requisita, quae duo faciunt alienationem in se tenere, quia causa allegata in se vera non esset, ut not. per gl. in d. c. sine exceptione. & in d. c. nulli. & habet in c. ad nostram. de rebus eccl. non alien. & in c. 1. de integ. rest. ubi dixi, & per Imol. in d. c. ad nostram. Posset tamen ecclesia aduersus tale alienationem in se validam restitui in integrum tribus concurreribus, primo quod fuerit enormiter laesa, hoc est ultra tertiam, veluti declar. Imol. in c. quintaualis. de iureiur. & ego dixi post alios in d. c. 1. de in integ. rest. Secundo quod talis laesio interuenit tempore contractus, post enim ecclesiae non prodesse ad petendam restitutionem, ut ibi habetur. & arg. not. per Bar. & alios in d. l. 2. C. de rescind. ven. & in auth. sacramenta pueri, ibi; alij. C. si aduer. ven. doct. Abb. & alij in d. c. dilecti. de emp. & vend. & in d. c. 1. Tertio, quod restitutio petatur infra quadriennium a die mortis illius rectoris, qui alienauit. ut in c. 1. de in integ. rest. in 6. cle. 1. eo. ti. Imo. in d. c. ad nostram. & doct. coter in d. c. 1. extra de in integ. rest. ubi dixi. Ex quibus inferitur, quod etiam per restitutionem in integrum non potest ecclesiae in casu nostro succurri, quia laesio longe post contractum interuenit. ¶ Non obstat. ¶ quod ecclesia saltem debeat restitui aduersus solutionem sibi factam de pretio, quia emptor praecauere debeat, ut illud inuestiretur in aliqua re utili ecclesiae, & non permittere, quod deponeretur, cum pecunia perdi posset, & depositarius effici non soluendo. arg. no. in l. verum. §. sciendum. ff. de minor. cum glo. & ideo saltem in subsidium ecclesiae succurrendum erit contra emptorem possessorem per restitutionem in integrum, ex quo depositarius effectus fuit non soluendo. argu. l. in causa. l. 1. in fi. cum l. sequen. & sequen. ff. de minor. & ibi Bar. & alij. & l. si apud. cod. ti. quia respondetur primo praedicta procedere, quando tempore contractus, & ab initio pretium fuisset depositum penes consumpturum, & non idoneum, tunc enim male soluendi imputatur. d. §. sciendum. & d. l. si apud. & ibi Bar. Sed ex quo tempore contractus fuit depositum ad petitionem rectoris, & cum auctoritate superioris penes tunc idoneum, & qui ab omnibus idoneus reputabatur, sufficit ad hoc, ut contra emptorem usum bona fide, & iure communi restitutio peti non possit. l. non v. C. de mino. Nec ex eo, quod depositarius postea fuerit effectus non soluendo, emptor teneri debet, quod periculum, & casus superueniens spectat ad ecclesiam, sicut ad minorem. d. §. sciendum. & per totum. ff. de peric. & commo. rei vendi. Nec potest ecclesiae subsidium agere contra possessorem propter damnum, quod postea casu fortuito euenit, si recte, & iuste ab initio contractus fuit, secus si tempore contractus leti interuenisset, vel male solutum fuisset, & ita loquitur. tex. in d. l. si apud. & in d. l. in causa. §. inter dum. Praerea cum ecclesia fuerit laesa ex facto sui rectoris deponentis penes depositarium non idoneum, ipsa petere debet agere contra rectorem, cuius bona fuerunt hypothecata ex mala administratione. arg. not. per gl. in c. similiter. 16. q. 1. & facit id, quod voluit glo. no. quens de pupillo in auth. de here. & falcid. in §. illi quoque, & ibi Ang. Post etiam ecclesia agere ad bona depositarii, quae expressae fuerint ecclesiae hypothecata, ergo non debet agere contra possessorem, qui bona de, & cum auctoritate superioris contraxit, & nullum peccauit, quoniam rector ecclesiae, qui habuit facultatem, & licentiam deponendi, debet teneri de mala electione, & non emptor, qui soluit de licentia superioris, & propterea rector debet teneri, & ecclesia ad bona vel rectoris, vel depositarii, quae tunc, & postea possederunt, agere debet, ad tradita per gl. in d. c. similiter cum ijs, quae habentur per gl. in d. §. illud quoque. & ibi. & alij in l. si. C. si aduer. rem iudica. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Sententia a iudice non competenti lata est ipso iure nulla.
- 2 Causa matrimonialis, in qua de federe matrimonij agitur, per cognoscenda, & quibus committenda.
- 3 Sententia confirmatoria sententiae, quae erat nulla, non dicitur ipsa nulla, sed iniusta, & iniqua, & ab ea iuste appellatur, in autem de nullitate dicitur.
- 4 Sententia iudicis ad quem confirmans sententiam nullam, vel nec dicitur nulla, & operatur, quod de nullitate prima sententiae amplius dici non possit.
- 5 Querela recursum, & restitutionis aduersus sententiam causam debet coram Papa, & principe, & non coram inferiore prelopi.
- 6 Maxime quando fuisse sententia lata a delegato Papa, & principis.
- 7 Delegatus Papa quoad causam sibi commissam est maior, & superior quocunque ordinario, ac etiam legato de latere.
- 8 Inferior non potest se intrinicare in ijs, in quibus superior nomen apposuit.
- 9 Iudex cognoscens de causa matrimoniali, quas in se qualitate habere debeat.
- 10 In causa federis matrimonij nullus ordo iuris in cognoscendo, & procedendo seruatur.
- 11 Sententia lata in causa matrimonij, quomodo nunquam transferat rem indicatam, & quomodo transferat.
- 12 Mulieris virginitas, vel corruptio per matronas, & obstetrices, & raras sapienter inuestiganda, & probanda.
- 13 Sponsa etiam per verba de presenti nondum corrupta, & vino carnali copula coniuncta potest monasterium, & religionem ingredi.
- 14 Marito asserenti cum iuramento se mulierem carnaliter cognovisse, & matrimonium consummasse, maxime si nudis cum muliere cuit, etiam muliere negante, est credendum.
- 15 Aetas certa, & verè, ac directè, quomodo probanda.
- 16 Matrimonium cum muliere aetatis annorum undecim cum dimidio verba de presenti contractum non potest separari, copula carnali sequuta.
- 17 Mulier quando viri potens, & proxima pubertati dicatur.

E P I T O M E.

Mulier, quae annorum undecim cum dimidio matrimonium per verba de presenti contraxit, si marito cum iuramento asseratur carnaliter cognita, & ipsa neget, ac religionem ingredi velit, quid iudicare debet, & quod matrimonium praedictum valeat, & sequuta carnali copula, sit indissolubile.

CON.

CONSILIVM XXXIII.

Mis scripturis, & attestationibus, necnō allegationibus ambarum partium in præfenti causa editis, illisq; diligenter, & mature consideratis, tres reperiō sententias fuisse latas. Primum, quam tulit do. Io. Baptista uentura ad fauorem matrimonij, & Per sanctis mariti do. Mattheam, & reos conuentos condemnatos ad restituendam dictam Mattheam, prout in dicta sententia, secundam latam per dñm Richardum canonicum commissarium Apostolicum in causa appellationis commissarium primæ, qua pronuntiātū fuit, bene fuisse iudicatum per dñm Ioannem Baptistam ad fauorem dicti Per sanctis, & male fuisse appellatū per do. Sensionem matrem do. Mattheæ, & Alexandrum, ac Vincentium fratres eiusdem reos conuentos: Tertiam reperiō sententiam latam per quendam Ioannem Andream Auditorem, & commissariū R. D. super libello proposito pro parte dictæ do. Sensionis agentis proprio nomine, ac et tutorio nomine dictæ do. Mattheæ, & curatorio nomine dictorum Alexandri, & Vincentij suorum filiorum per viam appellationis, recursus, & restitutionis ad superiorem nullitate, & iniquitate, ac iniustitia primarum duarū sententiarum, & super licetia dāda ipsi do. Mattheæ, de ingrediendo monasterium, ac super molestationibus, & inquietationibus illatis, & inferendis per dictum Per sanctis ipsi Mattheæ occasione præfensi matrimonij, & super impositione perpetui silentij faciēda Per sancti super dicto asserto matrimonio, in qua sententia pronuntiātum fuit per dictum Io. Andream ad fauorem dictæ Sensionis agentis nominibus quibus supra, & do. Per sanctem reum conuentum, videlicet, declarando sententiam aliā latam in fauore dicti Per sanctis fuisse, & esse nullam, & inualidam, perperamq; latam, beneq; fuisse, & esse pro parte, & nomine dictæ Mattheæ appellatam, & recursum, eamq; ab euidenti leſione aſſerte sententiæ restitui debere, prout per suam sententiam illam restituit, ac eam liberam, & nullis innodatam matrimonialibus uinculis pronuntiāuit, & declarauit, ut latius habetur in dicta sententia: A qua, ut supponitur in quodam rescripto producto per procuratorem, & syndicum monasterij monialium nuncupatarum le pouere, pro parte Menechi patris dicti Per sanctis fuit appellatū, & demū ad petitionē, & instantiam dicti monasterij, & monialium prædictarū, quarū etiā interest, causa dicti matrimonij, appellationū, recursus, restitutionis, & nullitatis aduocata fuit per Reuerendiss. Do. Legatum, & commissā in terminis, in quibus erat, cū omnibus suis incidentibus &c. Do. Abbati Sancti Petri de Perusia, prout de iure &c. corā quo per utramque partē fuit processum ad plures actus usq; ad conclusionē in causa: cumq; iam res esset in calculo ferendæ sententiæ, præfatus Do. Abbas quāuis ob eius peritiam, & discretionem, quæ in cognitione causæ matrimonialis requiruntur, ut in c. 1. in fi. extra de consan. & affin. sciūsser causam hmōi diffinire, tñ ut consultius, & prudētius procederet, sup hoc quid sentirem, à me scire uoluit. Quare ut illius uoto in aliqua parte satisfaciā breuius quam potero, prætermisiss non necessāriis, id, qđ iuris esse mihi uidebitur, exponam, hoc ordine progrediēdo, nā prius tractabo de ualiditate, & inualiditate sententiarum hæctenus latarum, deinde an dicatur matrimonium sic legitimē contractum, quod illud per ingressum religionis separari non potuerit. ¶ Circa primum, absq;ue argumentis hinc inde factis procedendum uidetur esse concludendum, quod t̄ prima sententia lata per dominum Ioannem Baptistam fuerit ipso iure nulla qđ iudicis incompetentiā, iuxta l. fin. C.

si à non competen. iudi. & per ea, quæ habentur in clem. 1. & in clem. pastoralis. de re iudi. & in clem. vni. ca. de sequestra. possell. & fruct. in glo. fi. sed dictus do. Ioan. Baptista fuit iudex incompetens, & de iure non potuit de causa matrimonij, cognoscere, ergo &c.

2 Nam ubi agitur de fœdere matrimonij, regulariter causa debet cognosci per episcopos, & per iudices ecclesiasticos discretos, qui habeant potestatem iudicandi, & canonum statuta non ignorent. c. 1. in fi. extra de consan. & affinita. & c. accedentibus. de excessi. prælato. est enim causa huiusmodi ecclesiastica, & spiritualis, cuius cognitio spectat ad iudicem ecclesiasticum, & non ad secularem. cle. dispendiosam. cum ibi not. de iudi. & habetur in cap. lator, & in c. causam quæ. qui fil. sint legit. & in c. decernimus. de iudic. & dicitur glo. in summa. 1. 1. q. 1. quod causa matrimonij, si cut causa decimarum est ecclesiastica, & spiritualis, quæ solum est tractanda coram iudice ecclesiastico, & non coram seculari. & dicit Abb. in c. si pro debilitate. in ultimo notab. quod causa matrimonialis dicitur esse grauis. Et ideo infertur secundum docto. ibi quod illa non potest per delegatum Papæ subdelegari, & secundum stilum curiæ non solet facillè alijs, q̄ episcopis, delegari. Et posito, quod episcopus delegatus possit illam subdelegare, non tamen potest eam non episcopo subdelegare. & forte Abb. in d. c. pro debilitate inquit, quod curia nō solet de facili alijs, quā episcopis delegare, quia Papa causam hæc etiam alijs inferioribus episcopo committere solet, ut archiepiscopis, Abbatibus, & canonicis, ut in c. ex literis. de resti. in integr. in c. proposuisti. de probatio. & in c. 1. ut lit. non contest. cum similibus. & quamuis regulariter huiusmodi causæ cognitio spectet ad ordinarios locorū, & sic ad episcopos. d. c. accedentibus. & d. c. 1. in fi. de consan. & affin. tamen ex priuilegio, seu prescriptione huiusmodi iurisdicctio ordinaria potest et inferioribus prelati acquiri, ut est tex. in c. auditis. extra de præscrip. & no. gl. in d. c. accedentibus. & sic potest intelligi tex. in c. literas. de resti. spol. cū ergo causa matrimonialis possit cognosci, & terminari solū per iudices, & personas ecclesiasticas, & non per laicos, nec per seculares, sequitur, quod processus factus corā do. Ioan. Baptista, qui erat laicus, & secularis, & sententia ab eo lata fuit nullus, & nulla: ex quo etiā infertur, quod dominus Richardus canonicus, cui fuit commissā causa nullitatis, & appellationis dictæ sententiæ, qui fuit iudex competens, iuxta c. statutum. de rescrip. in 6. & d. c. ex literis. debuit sententiam illam do. Io. Baptista dicere, & declarare nullam, & inualidam ipso iure. Vnde t̄ cum illam confirmauerit, & pronuntiauerit bene fuisse iudicatum, & male appellatum, & de nullitate dictum, hæc illius sententia fuit iniusta, & iniqua, & ab ea potuit iuste appellari, non autem fuit nulla, nec ipso iure inualida, ut colligitur ex ijs, quæ uolunt Bar. & alij in l. si expressim. ff. de appellatio. t̄ quæ sententia do. Richardi confirmatoria primæ sententiæ nullā operata est hunc effectum, q̄ amplius de nullitate sententiæ do. Ioan. Baptiste non potuit dici, nec principaliter agi, ex quo semel de illius nullitate dictū fuit, & sequuta fuit expressa illius confirmatio, ut uoluit Bar. & sequuntur docto. cōiter in d. l. si expressim. in 2. & 3. colum. ff. de appel. qui uoluit, quod sententiā iudicis ad quem, qui cognouit de iniquitate, & nullitate sententiæ, & qui confirmauit sententiā nullā ex alio defectu, quam ex errore in sententia expresso, ualet, & in se tenet, nec dicitur nulla, & operatur, quod amplius de nullitate primæ sententiæ dici non potest. Ex prædictis itaque infertur, quod sententia domini Richardi, qui expressē sententiam do. Io. Baptiste ipso iure nullā confirmauit, in se ualet, & ex hoc

hoc capite nō potuit dici nulla, nec ipsum Do. Richardum nulliter sententiā illā confirmasse, quamvis forte eius sententiā dici iniqua, & iniusta potuerit, & ideo reuocanda, si de illius iniustitia, & iniquitate apparere potuerit. Male ergo pro parte dictarū dñarum Sententiarū tritricis, & curatricis, & Matthææ, ac Et Alexandri, & Vincentij post sententiā dicti dñi Richardi iterum fuit dictum coram Reuerēdis. dñis Vicelegato de nullitate primæ sententiæ per dominum Io. Baptistā latæ, ac etiam de nullitate sententiæ domini Richardi cōfirmatoriæ, quia debuit agi de iniquitate, & iniustitia tam primæ, quā secundæ sententiæ per prædictā: ex quo sequitur, qd sententiā lata per dominum Ioānem Andream Auditorem, & commissarium in hac causā dicti R. D. Vicelegati, qui iudicauit, & declarauit sententiā aliam latam in fauorem dicti Per sanctis fuisse, & esse nullam, & inuālidam, perperāq; latam & c. ex hoc capite fuit iniqua, & iniusta, ac iniq; & iniuste lata, quia scilicet de nullitate eiusdem sententiæ agi non potuit. Præterea sententiā domini Ioan. Andream fuit ipso iure nulla, primo quia ipse nō potuit cognoscere de causā matrimoniali, cum esset laicus, & index secularis per ea, quæ supra dicta fuerunt, secundo quia cum per uiam querelæ, & supplicationis pro parte dictarum do. Sententiarū, & Matthææ, litisq; confortum fuerit recursus aduersus sententiā latas ad fauorem Per sanctis propter dubium, quod erat, an posset amplius appellari, ex quo prima sententiā fuerat per secundam confirmata, iuxta statutū loci, & prouisionem sanctissimi Papæ Sixti, de quibus in processu, sequitur, qd huiusmodi causā querelæ, & restitutionis debuit coram Papa, & non coram inferiori proponi, ut est tex. in d. c. ex literis. ubi Innoc. Abb. & alij hoc tenent: ergo cum fuerit coram R. D. Vicelegato proposita, & cognita, ac definita per eius auditorem, seu commissarium, de cuius commissione etiam in processu non apparet, sequitur, qd processus non ualuit, & sententiā lata super huiusmodi libello querelæ, & recursus, seu restitutionis fuit ipso iure nulla, & inuālidā per ea, quæ habentur in d. c. ex literis per Innoc. & Abbatem: Et si maxime hoc uideretur uerum in terminis nostris, quoniam per uiam querelæ, & recursus prædictæ mulieres, litisq; confortes adiuerunt R. dominum Vicelegatum aduersus latam sententiā per dominum Richardum, prout in eorum libello apparet, qui dominus Richardus in hac causā erat iudex delegatus Papæ, & cōsequenter maior, & superior quoad causā sibi commissā quocunque ordinario, ac etiam legato de latere, quia uices Papæ gerit, ut in c. studiū. & c. san. de offi. dele. & c. pastoralis. §. præterea. de offi. ordi. ergo illius sententiā Vicelegatus non potuit reuocare, & minus inferior Vicelegato hoc potuit, qualis est do. Io. Andreas delegatus Vicelegati, iuxta ea, quæ habentur per Abb. alios. in d. c. ex literis. quia ubi superior, & Papa manu apposuit, inferior non potest se intromittere. c. ut nostrum. cum similib. de appellat. per regulā c. cum inferior. de maior. & obed. & c. inferior. 2. i. distinet. cum similibus. Debuit igitur remedium querelæ, seu recursus in casu nostro intentari coram Papa, uel eius legato, & nō corā inferiore, seu eius delegato, qui dicitur esse de minimis magistratib. & appellatur iudex pedaneus, ut in l. vnica. C. qui pro sua iurisdict. iunct. l. i. & fina. & per totum, cum ubique not. per gl. C. de pedan. iudic. Et ex his vñ posse dici, quod cum huiusmodi querelæ recursus ad superiorem, quæ coram quodam domino Antonio Cantiano pendebat indecisā, fuerit ad supplicationē monasterij monialium pauperum per Reuerēdis. dominum Legatum aduocata, & commissā, ac delegata R. D. Abba-

ti S. Petri, ut in quodam rescripto continetur, ipse dominus Abbas de huiusmodi causā non possit tanquam inferior cognoscere, quia debuit ad sanctissimū dominū nostrū Papam supplicari, ut eam hanc ad se aduocaret, illaq; cōmitteret per prædictā, ueluti factum fuit quando per Papam cōmissā fuit domino Richardo nisi ipse Reuerēdisimus dominus Legatus ex speciali indulgentia, & concessione sedis apostolicæ haberet potestatem, & facultatem cognoscendi de causis puiam querelæ, supplicationis, & recursus ad superiorem, & cōmittendi cas ad sedē apostolicā deuolutam, & de quibus Et Papa, uel eius delegatus semel cognouit alioquin non uideo, quō Et do. Abbas sit iudex cōpetens, & de huiusmodi cognoscere possit. ¶ Sed posito illū esse iudicē cōpetentē, & de hac causā possit cognoscere, attento maxime, quod in eius personā cōcurrunt qualitates omnes, q in iudice, q uult de matrimoniali cognoscere, debet cōcurrere, iuxta c. in si. & ibi gl. de cōangu. & affinita. uidelicet peritiam canonū, diueris, & præs iudicandi salte delegata; breuiter uidentū est, quoniam sint, & esse debeant partes ipsius in iudicando super iure, & fœdere matrimonij, & sic super meritis causæ. Et præmitto, q quod cum in casu nostro nō agatur ad separationem thori, sed super iure, & fœdere matrimonij, nullus ordo iuris in cognoscendo hanc causā debuit, nec debet necessario attendi, nec obseruari, ut distinguit per tex. in c. ut lit. nō cōtest. sed simpliciter summarie, & sine strepitu, ac figura iudicij est procedendū, & procedi potest, clem. dispēdiolam. & ibi Glo. & doct. de iud. in bene in d. c. r. & ideo olim etiam ordo iudiciarius nō erat necessarius, & lite Et nō cōtestata poterant testes recipi, & examinari. d. c. i. ibiq; glo. item q. & olim, & hodie sententiā lata in causā matrimonij nunquā tñ sit in rem iudicatam quo ad merita, & quoad acta re scissoria causæ, & ita intelligatur tex. in d. c. lator. & in c. cōsanguinei. de re iud. cū sim. sed quo ad instantiā, & acta ordinaria, q acta iudicij appellantur, ut declaratur in clem. super. in uerb. defensionēs, de uerbis igni. bene trāsit in rem iudicatam, ueluti not. declarat Abb. in d. c. ex literis. in gl. in uer. restituius. ¶ Hoc pmissio, nō confuso, q ipse dominus iudex ante, q causam determinet, ex officio suo eligat alias honestas, & peritas matronas, quæ diligenter inspiciant etiam dominam Matthæam, an sit uirgo, & nō corrupta, & secundum illarum peritiam referant, an sit corrupta, nec ne: & quamuis semel domina Matthæa uerit inspecta per quasdam obfetrices, ut in processu uerit iterum potest inspicere ad cognoscendum, & inuestigandum de eius uirginitate, tñ quia dictæ obfetrices non concludunt, quia altera asserit se non potuisse incipere, denegante, & resistere dictā dominā Matthæam, tum etiam quia de iure ad inuestigandam ueritatē pōt iudex ex suo officio, ac Et ad instantiā partis facere, q iterū, & scilicet inspicat p alias matronas, & peritiores obfetrices, q melius de uirginitate, seu de corruptione illius deponant, ut est tex. in terminis, & ibi gl. & doct. notat in c. cam. extra de pba. & si iudex ex illarū relatione cognouerit dictā dñam Matthæam esse uirginē, & nō corruptā, tñ ipse debebit iudicare ad fauorem matrimonij spiritualis, q matrimonij carnalis, & illā nō teneri redire ad uirum, sed obligatā cō monasterio, in quo professionē fecit, posito etiam q matrimonij fuisset per uerba de presenti, & interpres contrafactū, per textū, ubi plenē habetur in c. uerū, & in c. ex publico. de cōuersio. cōiug. cū similibus. sin uerō matronæ, & obfetrices eligendæ inuenierint dictā dominā Matthæam corruptam, & cognitā fuisse, tñ p præsumēdū est, ipsam fuisse cognitam a uiro suo, qui secum nudus cū nuda in eodē lecto iacuit

ut probatum fuit, iuxta c. literis. cū similibus. extra de
presumptio. & qui dicit, ac iurat, se illā carnaliter co-
gnouisse, & matrimonium cū ea cōsumasse, cuius as-
sertioni, & iuramento, muliere etiam negante, in hoc
stādū est, & credendū, ut in c. continebatur, & ibi gl.
& doct. cū similibus. de desponsa. impub. & si do. Mat-
thæa noller inspicere, & resisteret, prout aliās fecit, tunc
presumptio cōtra eā esset, quod esset cognita, & habe-
ri deberet pro fictē cōfessa, & cōuicta. argumēto c. 2.
de cōfess. in 6. cautē ergo agat ipse do. Iudex, si fecerit
illā denuo p. alias matronas, & obstetrices peritas in-
spici, quoniam ex illarum relatione poterit informari,
qualiter debeat iudicare. ¶ An autē est actus causā de-
clitoris hucusq; factis, ex quibus quandocūq; potest
iudicari in causā matrimonij et post plures sentētias
latas, per ea, quæ habentur per Abb. in d. ca. ex literis.
iudex debeat iudicare ad fauorem Persanctis uiri, &
sic matrimonij carnalis, an uero ad fauorem dicte do-
minæ Mathææ, & monasterij, aliorumq; litis confor-
tum, & sic matrimonij spiritualis, puto absque multi-
loquio concludendū esse, qd debeat iudicare ad fauorem
Persanctis uiri cōtra ipsam do. Mathæā, litisque
cōsortes, prout aliās fuit iudicatū per do. Richardum
iudicem, qui confirmauit sententiam do. Ioan. Bapti-
stæ, quæ in se tenuit, ueluti supra dictum est, quia si re-
cte, & diligenter dicta, & depositiones testium hinc
inde examinatorum, & cōfessiones, seu respōsiones
factæ positionibus confiderentur, melius probatum
dicitur esse pro parte Persanctis, cui eius uxor est testi-
tuenda, nō obstante ingressu religionis, ex quo proba-
tum est eo mō, quo de iure potest probari, ipsam do-
minam Mathæam carnaliter fuisse à Persancte uiro
suo cognitā, iuxta tex. in c. literis, & in c. tertio loco.
de presumptio. quam probatum fuerit pro parte do.
Mathææ, quæ conata fuit probare etatem illegitimā
ad p̄hendū matrimonij, q̄ quidē iudicio meo minus
plene probata fuit. Et si uellē singula dicta, & uerba te-
stium resumere, profecto longiores essent vñ summa-
riē solū cōsiderādo depositiones testium deponentium
pro do. Mathæā p̄ Persanctē, dico nō uideri probatā
intentionē do. Mathææ, litisque p̄sortū, nā Frāsciscus Ia-
cobi, & do. Catharina uxor olim Angeli nihil cōclu-
dūt, ut clarē ex eorū dictis colligitur. dñā Sanctina est
pauperrima, uilisq; persona, & hostiatim quærit ele-
mosinam, & deponit dominam Mathæā eo tempo-
re, quo peruenit ad manus Meneci fuisse annorū se-
ptem, alij uero testes deponunt de maiori tempore,
uidelicet Franciscus de annis decē, domina Cathari-
na de nouē, & domina Marfia de octo, & sic in hoc
testes multum uariant, neque plenē concludunt, eu-
ius ætatis esset domina Mathæa, quando dux Vrbi-
ni ad ciuitatem Perusie accessit, quia non deponunt,
de quo anno nata fuerit, quamuis dicant, quod pote-
rat esse tunc temporis, seu uidebatur esse trium an-
norum, nam p̄ ad concludendam certā ætatem, & ad
probandum directē, & uerē illius ætatem debebāt tes-
tes, & uicini deponere de tempore certo natiuitatis,
& de quo anno illa nata fuerat, ut declarat Bar. in l. de
ætate in 3. col. in uers. uenio ad secundam. ff. de min.
& ibi habetur in apostil. Præterea quatuor ex testibus
dictæ dom. Mathææ respondendo interrogatoriis, ui-
delicet domina Marfia, domina Peregrina, domina
Feliccia, & Centius Herculani concordant in hoc, at-
que deponunt, quod mater do. Mathææ melius, quā
alius scit illius ætatem. sed Sensiona mater sua respō-
dendo positionibus cum iuramento dixit, & confessā
fuit, qd tempore, quo contracta fuit parentela, & fuit
facta dotis promissio, quod quidē fuit de anno 1523.
de mēse Iunii, ipsa Mathæa erat annorum decem cū
dimidio alterius anni, ut in processu folio 20. respon-

dendo primā positioni simpliciter, & indistinctē cō-
fessa fuit, deinde elapsus fuit unus alius annus ante,
quā per uerba de præsentī matrimonium contrahe-
retur, quod fuit contractum de anno 1524. & de men-
se Iunii, ut apparet in processu per instrumentū publi-
cū, & per fidem à notario factam, ac etiam ex cōfess-
sione matris, ergo coniungendo confessionem cum
dictis illorū quatuor testium uidetur probatū, quod
tempore, quo Persanctes uir Mathæam domum dux-
xit, ipsa erat ætatis annorum undecim cum dimidio,
¶ in qua ætate de iure matrimonium contrahi potest,
& p̄ctum per uerba de præsentī non potest separari, si
copula carnalis sequuta, & mulier cognita fuerit car-
naliter à uiro, cuius assertioni, & iuramento hoc in ca-
sū de copula carnali statuitur, etiam in casū, quo mulier
copulā carnalem, & se fuisse cognitā negaret, ut est
tex. ibiq; Abb. qui in terminis nostris hoc indiuiduo
ponit in d. c. continebatur. de desponsatio. impub. &
tāto magis hoc dicendū est in casū nostro, in quo ul-
tra dictū, & iuramentū uiri hoc probatū fuit per plu-
res testes pro parte Persanctis examinatos, qui proba-
bant copulā carnalem illo tēpore interuenisse, & sic
in illa ætate, in qua si interuenit, dī p̄ctū matrimoniū
indissolubile, ut per Abb. in d. c. continebatur. ubi qñ
femina est proxima pubertati, si probetur, qd simul se
coniunxerint, prout in casū nostro probatū fuit, tunc
standū est dicto, & iuramento uiri de copula carnali,
& qd illam perfectē cognouerit, ¶ & ex hoc femina ui-
ripotens, & apta ad contrahendū matrimonium præ-
sumitur, subditque Abbas ibi in fi. uerb. qd qñ mulier
fuit cognita, si erat in decimo anno constituta, uel ul-
tra, tunc censetur uiripotens, & dicitur proxima pu-
bertati, ergo hoc magis dicendum est, quando esset
annorū undecim, & ultra. Præterea plures testes exa-
minati pro parte Persanctis deponunt tempore, quo
uiderunt illam nudam cum Persancte nudo in eodē
lecto, se inuicem amplexantes, & deosculantes, de si-
gnis pubertatis in ipsa Do. Mathæa, uidelicet de tu-
mefactione mammillarum, de languine ipsius, & de
aliis signis, ex quibus infertur pubertas, seu proximi-
tas pubertatis, seu saltem uiripotentia sua, prout etiā
deponūt obstetrices in cā examinata, uidelicet D. Bri-
gida, & D. Eugenia, qd dixerūt illā fuisse aptā ad gene-
randū, & procreandū. In reliquis me remitto ad ea,
quæ ad fauorem Persanctis ab aliis allegata fuerunt:
& hæc pro nunc puto sufficere pro quali quali infor-
matione Do. Iudicis, coram quo in præsentiarum
hæc causā uertitur. Cætera ipse suppleat. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Matrimonium sub conditione honesta, quæ non sit contra sub-
stantiam matrimonij, contrahi potest, & ea pendente, uires
sponsaliorum de futuro, & non matrimonij habet.
- 2 Et sequuta copula carnali, uel sequutis uerbis de præsentī absq;
repetitione conditionis unum matrimonij puri, & de præsentī
habet.
- 3 Matrimonium per simplicē copulæ carnalis conatū non perficitur.
- 4 Pater, seu mater in causā filie quando testis idoneus sit, & quan-
do non.
- 5 Cap. uidetur. in fi. qui matr. accusa. poss. declaratur.
- 6 Protestatio præambula mentem, qualis fuerit, declarat, & quan-
do in contractū repetita censetur. & num. 7.
- 8 Pater pro filia, quam habet in potestate, potest sponsalia quo-
modocūque contrahere, ea sciente, & non contradicente.
- 9 Testibus super affirmatiua deponentibus etiam uni magis, quā
super negatiua est credendum.

E P I T O M E.

MATRIMONIUM sub ea cōditione fuisse per uerba
de p̄sentī p̄ctū, sub quia spōsalia prius à patre nomine
filie

filiae ac sciente, & non contradicente contracta fuerant, hic ostenditur.

CONSILIVM XXXIII.

NON insistendum esse arbitror, an matrimonium sub conditione honesta, & quae non sit substantiam matrimonij, contrahi possit, quia & Theologi, & canonistae cõiter posse contrahi, uolunt, & interim pendente huiusmodi conditione non dici hunc uires matrimonij, sed sponsaliorum de futuro, ut in c. 1. in fi. de spon. in 6. & hinc in c. de illis. in c. super eo. & in c. per tuas. de condi. apposi. & ubique per Scrib. & praecipue per insignem Doctorem vltimontanum dominum Henric. Boic in c. si conditiones. cod. ti. Clari iuris est etiam, quod si pendente conditione honesta, sub qua contractum fuit matrimonium, uel etiam pendente conditione, sub qua sponsalia de futuro contracta fuerint, sequuta fuerit copula carnalis, uel sequuta fuerint inter sponsos uerba de praesenti, uidetur à conditione recessum, & matrimonium, ac sponsalia, quae uim matrimonij de futuro habebant, purificantur, & uim habent matrimonij puri, & de praesenti, nisi conditio expressè repetita fuerit eo tempore, quo post sponsalia conditio nalia matrimonium per uerba de praesenti contractum fuit, ut probatur in iuribus supra alleg. & ibi glo. & docto. in d. c. unico. in fin. ibique glo. & alij, & prout in huiusmodi causa à pluribus Clarissimis Aduocatis Dom. Ceciliae plenè discussum fuit, ad quorum dicta me remitto. Sed tota uis praesentis causae in eo consistit, an pro parte praefatae Dom. Ceciliae probatum fuerit, quod sponsalia de futuro contracta fuerint sub conditione, de qua in processu, & an probatum sit, quod eo tempore, quo postea matrimonium per uerba de praesenti fuit contractum, eadem conditio repetita fuerit, ac etiam utrum ex parte Franciscumariae aduersarij probata fuerit copula carnalis inter ipsum, & D. Ceciliam, super quo ultimo non est insistendum, cum super eo satis plenè ab alijs Aduocatis satisfactum esse censeam, quod non dicatur copula carnalis probata, quoniam praefatus Franciscumaria coram Reuerendiss. Episcopo Casalensi tunc Romandiolae Praefide, & respondendo etiam positionibus praefatae Do. Ceciliae, negauit copulam interuenisse, solumque conatum simplicem carnalis copulae confessus fuit, per quem conatum matrimonium non perficitur, ut in c. fi. extra de sponfal. quo uerò ad sponsalia per uerba de futuro contracta, an illis fuerit apposita conditio de veniendo ad habitandum ad ciuitatem Fauentiae, & in illa perpetuò permanendum, plenè per plures contestes pro parte D. Ceciliae productos credo probatum fuisse: & posito, quod hoc non diceretur concludenter probatum, uidendum est, an tempore matrimonij per uerba de praesenti contracti conditio illa de ueniendo ad habitandum, ut supra, adiecta fuerit taliter, quod matrimonium purè non dicatur contractum, sed sub conditione praedicta, quae nunquam adimpleta, nec purificata fuit, immò illam Franciscumaria adimplere recusauit, atque recusat, ut in processu habetur, & ideo huiusmodi matrimonium de iure effectum sponsaliorum de futuro habere dicatur, ita quod etiam lite pendente dicta D. Cecilia licuerit, & liceat matrimonium cum alio contrahere, & cum illo permanere, non obstante primo matrimonio conditionali, ut in d. c. vni. co. in fi. de spon. in 6. iuncto c. 1. & 2. de matrimo. contract. contra interdic. eccle. Et quod conditio supra dicta expressa fuerit tempore matrimonij per uerba de praesenti contracti, & quod illud fuerit matrimonium non purum, sed conditionale, apparet ex dictis plurimum te-

stium pro parte D. Ceciliae examinatorum, illud namque, & publicè coram pluribus, & diuersis personis factum fuit, & praecipue coram Magnif. Do. Saluatori Pacino tunc ciuitatis Fauentiae Gubernatore, qui opem informatum de uerbis tunc tps expressis, quia ipse erat in loco propinquiori penes sponsos, in suo testificatu diligenter interrogatus deposuit, quod inter D. Ceciliam, & praefatum Franciscumariam per uerba de praesenti sub conditione, quod ipse Franciscumaria ad habitandum perpetuò ad ciuitatem Fauentiae ueniret, haberet, matrimonium contractum fuit in domo magistri Pauliantonij: idem per uerba clara magistri Pauliantonij pater D. Ceciliae testis ab ea inductus deposuit, & cum dicto praefato Do. Saluatori in omnibus, & per omnia concordauit: & quomodo pater causa filiae regulariter testis esse non possit ad fauorem filiae. l. testis idoneus. ff. de testi. §. item testis idoneus. 4. q. 3. l. parentes. C. de testi. tamen ad coniungendum, ac etiam ad disiungendum matrimonium, illudque impediendum pater idoneus testis censetur, dummodo aliàs sit persona honesta, & fide digna, ut est text. in c. uidetur. extra qui matr. accu. post glo. in sum. in u. timis uer. 3. q. 5. c. uidetur. 3. q. 16. Nec aduersatur super eo. extra de testib. quia ille testis in prin. loquitur, quando mater, seu pater esset aliàs suspectus, ut quia uellet deponere ad fauorem filiae, ut matrimonium contrahere cum uiro longè digniori, & ditiori, ac honestiori, quam essent ipse, & eius filia, ut ibi not. secundo est differentia, an pater, seu mater uelit pro filia deponere ad effectum, ut impediatur matrimonium contrahi, & si ipse pater sit bonae opinionis, & fama, tunc admittitur ad testificandum, & hic uidetur casus noster, aut pater uult deponere pro filia ad finem, ut dirimatur matrimonium iam contractum, in quo contrahentes tanquam uir, & uxor perseverauerunt, & tunc non debet admitti, ut probatur in d. c. super eo. §. super illa uerò. & si secundum hanc dist. intelligo text. in d. c. uidetur. in fi. qui matr. accu. poss. qui his generalibus uerbis utitur, quod uerò legitur, per non recipitur in causa filij, nec filius in causa patris, in causis matrimonialibus, & contractibus uerum est, in matrimonio uerò coniungendo, & disiungendo ex ipsius coniugij prerogatiua, & quia fauorabilis res est, congruè admittuntur: illa uerba in coniungendo, & disiungendo matrimonio, intelligo, quando uellet testificari, ut matrimonium contraheretur, uel ut non contraheretur, ut quia deponeret ad finem, ut impediret contrahi: immò generalitas illius text. innuit, quod pater pro filio, seu filia testificari possit, et ad effectum, ut si eundem disiungeretur, quem tamen casum ultimum intelligere debemus, quando ratione consanguinitatis peteretur matrimonium iam contractum dissolui, ad c. 1. §. 5. q. 6. Ad fauorem filij D. Ceciliae facere uidetur depositum Do. Antonijmariae sacerdotis tertij testis, qui attestatur se à magistro Pauloantonio fuisse informatum, quod deberet proponere, & narrare, qualiter matrimonium contrahendum intelligeretur contrahi debere cum hoc pacto, & conditione, ut sponsus, hoc est Franciscumaria teneretur uenire ad habitandum ad ciuitatem Fauentiae, propterea quod sic erat conuentum, & ergo infertur mentem magistris Pauliantonij, & patris D. Ceciliae fuisse semper, quod non aliter matrimonium esset contrahendum, nisi sub illa conditione, prout etiam testis ipsa Do. Cecilia tempore, quo contracta fuerunt sponsalia de futuro, & post, semper dixit, se nolle contra ciuitatem Fauentiae nubere, & ita pater iurauit, & quae promissit, ut supra. Ex quibus infertur, & colligitur, quod Do. Cecilia semper in hoc proposito perseverauit etiam eo tempore, quo per uerba de praesenti matrimonium contractum fuit, quia si ex prore-